UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De [con]ceptione b[ea]t[a]e Marie v[ir]ginis. Cap[itulum] xlij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

iracundiam ſuam. ¶ Fuit autē agathon ſapiēs
ad intelligendū: impiger ad laborandū: parcus
in cibo ⁊ veſtimēto: qui dicebat ſe nunꝙ dormi
uiſſe habens aliquid aduerſus queꝙ: nec dor⸗
mire permiſiſſe habētem aliquid aduerſum ſe.
Moriturus triduo apertis oculis in extaſi mā
ſit: et pulſatus a fratribus dixit ſe diuino iudi⸗
cio aſſiſtere ⁊ anxie timere: eo ꝙ ꝙuis in man⸗
datis dei laboraſſet ꝓ viribus: neſciebat adhuc
vtrū deo placerēt opa ſua: qꝛ aliter ſunt iudicia
dei: aliter hominū. Quo dicto ſpm̄ cuʒ gaudio
emiſit. videbant eū eum colligenteʒ ſpiritum:
queādmodum ſi quis ſalutat amicos ſuos dile⸗
ctos. hec in vi:is patrum.

¶ De ſancta Fara virgine. Cap. xxxix.

Fara virgo de frācia
tempore heraclij imperatoris cla⸗
ruit. Cuius pater hagerricus de
burgūdia duxit originem. Hic cla
ris natalibus ortus: in aula Theo
deberti regis francorum inclytus ex vxore ſua
leodegunda: tres filios ꝓcreauit oēs ſanctos:
ſcʒ faronem: valpertum: ⁊ conoaldum: filiaʒ ꝙ
virginem faram. Que dū iuuenilibus ānis vir⸗
ginitatem ſuaʒ deo vouere cuperet: ſed a patre
prohiberet̄: qui filiā nobilē nobili ſpōſo trade⸗
re diſponebat: tāta lachrymarum inūdantia fle
uit ꝙ viſum amiſit: quem tum dn̄s ei per beatuʒ
euſtaſium epiſcopū reſtituit. Adhuc quoq; pa⸗
tre ad eius nuptias intendēte: Fara ad eccle⸗
ſiam apoſtoloꝝ principis confugit: quam pater
cum miniſtris: vt eam perimeret inſecutus: ten
tam tandeʒ carceri mancipauit. Interea beato
euſtaſio de legatione regis Lotharij redeunte:
multa precum inſtantia patre eius placato, ꝑcu
rauit: vt virgo dei de carcere educeret̄ ⁊ ſancti
monialis conſecraret̄: quod vix patre annuēte
factum eſt. Et a ſancto gundoaldo meldeñ. epi
ſcopo habitu virginitatis aſſumpto cenobio ꝙ
eidem virgini in ſolo paterno edificato: ipſa in
pudicitia ⁊ ſanctimonia perſeuerans plena vir
tutibus quieuit in pace. vij. idus decembris: vt
ſcribit Sigibertus.

¶ De ſancto martino abbate. Cap. xl.

Martin⁹ abbas apud
ciuitatē ſantonas vite ſanctitate
⁊ mirabilib⁹ ſignis ꝑpollens die
vij. iduū decēbris in xp̄o feliciter
obdormiuit: ad cuius tumulū cre
berrime diuinitus miracula multa fiunt: vt di⸗
citur in martylogio adonis.

¶ De ſancto Genebaudo ep̄o. Cap. xli.
Latro epiſcopus.

Genebaudus ep̄s lau⸗
duneñ. a ſctō remigio ep̄o remeñ. ſub
clodoueo rege cōſtitut⁹ ē. Qui vxorē
habebat neptem ſancti remigij: quam quidem
reliquerat: tamē ſecū cohabitabat: vnde ex fre⸗
quenti conuerſatione cum ea peccauit: q̄ filium
concepit ⁊ peperit: quem epiſcopus latronem
nominandū maudauit: eo ꝙ in latrocinio geni⸗
tus eſſet. ¶ Uerum ne ſuſpitio oriretur adhuc
coniugē ad ſe venire permittebat. Penitētiaq;
de peccato peracta: iterum eam cognouit: ⁊ fi⸗
liam genuit: quam vulpeculā nominauit. In ſe
tandem reuerſus pro remigio miſit: q̄ laudunū
venit. Et dum ſibi ep̄s pontificatuʒ cum lachry
mis reſignaret: illeq; cauſam quereret: eidem
ipſe peccatum ſuū confeſſus eſt. Remigi⁹ autē
eum in eccleſia. vij. ānis incluſit: interimq; pro
eo epiſcopatū gubernauit. ¶ Poſt ſeptennium
nocte dn̄ice cene genebaudo flenti: ⁊ quia ipſe
qui penitentes reconciliare cōſueuerat: nec lo⸗
cum inter penitentes haberet conquerēti ange
lus aſtitit: pctā ſibi dimiſſa nūciauit: ⁊ vt extēs
in craſtinū penitētes reconciliaret admonuit.
Cūq; ille ſe exire non poſſe diceret: eo ꝙ oſtiū
clauſum ⁊ ſignatū eēt: remigiuſq; claues habe
ret: angelus ſaluo ſigillo oſtiuʒ reſerauit. Ite⸗
rūq; illo reſpōdente: etiā ſi ip̄e xp̄s ſibi manda⸗
ret: tamē egredi nollet: niſi qui eum incluſerat
adeſſet: angelus eadē hora remigio peneuigi⸗
lanti ⁊ oranti in crypta beate ꝟginis remis ap⸗
paruit: rei ſeriem pandit: ⁊ ad genebaudū edu
cendum: vt veniret ex dei parte mandauit: qui
etiā in momēto ſe iuxta cellā genebaudi trāſla
tum repperit: ⁊ iuſſa complens ad locum ſuuʒ
eodem inſtanti ſe reductum inuenit. Sanctus
quoq; genebaudus in ſanctitate vite perſeue⸗
rans in pace quieuit. vij. idus decembris. Cui
et filius eius latro in epiſcopatu ſucceſſit: qui
etiam ſanctus fuit.

¶ De ꝯceptione btē Marie ꝟginis. Cap. xlij.

Conceptio ſcā
cte dei
genitricis marie:
non quidem ex ge
nerali eccleſie in⸗
ſtitutione: ſed ex ſpeciali quo
rundam deuotione in pluriſ⸗
q; eccleſijs celebratur: ꝙuis
enim beata virgo fuerit in vte
ro mr̄is etiā ab ipſa aīe infu
ſionis die ſāctificata: fuit tn̄
in peccato originali concepta: quod tribus ra⸗
tionibus comprobat̄. Primo: quia ſi fuiſſet ſine
peccato originali concepta: ſequeretur ꝙ non
fuiſſet filia ioachim: ſed ſolum anne. ⁊ ſic quo⸗
dāmodo quātum ad humanitatē eſſet equalis
chriſto: quod eſt abſurdū ⁊ errorē. Cōſequētia
probat̄: quia non poteſt eſſe ꝓmixtio ſeminum
viri ⁊ mulieris ſine pruritu libidinis ⁊ delecta
tionis. Conſtat autem ꝙ talis pruritus ⁊ dele
ctatio habet annexum peccatum originale: vt
probat Auguſtinus in libro de peccato origina

li. Et ideo conceptio chriſti fuit abſqꝫ tali pec-
cato: quia ibi nō fuit permixtio alicuius ſemi
nis virilis: ⁊ per conſequens nec pruritus libi
dinis. Secūdo: qꝛ ſi fuiſſet ſine tali peccato cō
cepta: ſequeretur ꝙ nō fuiſſet chriſti ſanguine
per eius paſſionē redempta: quod eſt falſum ⁊
peſſime dictum. Et probatur conſequentia: qꝛ
xp̄i paſſio fuit ordinata ad peccatum omne de-
lendum ſiue originale per baptiſmū ſiue actua
le per penitentiā: ſed cum in beata virgine nul
lum fuiſſet peccatum actuale abolenduꝫ: ſi ſine
peccato originali concepta fuiſſet xp̄i paſſio ni
hil delendum in ea recepiſſet: et ſic per chriſti
paſſionem non fuiſſet redempta. ¶ Tertio: qꝛ
ex hoc ſequeretur: ꝙ ſi beata virgo ante chriſtū
deceſſiſſet: quod fuit poſſibile: ipſa immediate
paradiſum ingreſſa eſſet: ſed hoc eſt falſum: vt
patet Johannis. iij. Nemo aſcendit in celum
ſcilꝫ ante xp̄m: niſi qui deſcendit de celo ⁊c. Cō
ſequentia probatur: qꝛ ſola originali culpa adi
tus regni celorum precludebatur decedētibus
ſine peccato actuali. ¶ Uerum ad rationes que
in contrarium a pluribus allegātur: ſic reſpon-
detur. Et primo vbi dicitur: ꝙ xp̄us non venit
ſoluere legem ſed adimplere. Cum igitur ipſe
in lege mandauerit: honora patrem tuū et ma-
trem tuam ⁊c. Credendū eſt ipſum etiā matrē
ſuam in hoc potiſſime honoraſſe: reſpondetur
ꝙ honorauit eam inqꝫtum fuit conueniens: nō
tamē tantū: ꝙ ipſe ex hoc exhonoraret ſeip̄m.
Nam dicere ꝙ virgo maria eſſet equalis in gra
tia humanitati xp̄i: eſſet ignominia ip̄i chriſto.
¶ Secundū cum dicit a talibus: ꝙ auguſtinus
dicit. Cū de peccatis agitur mentio: nolo eam
volo de beata virgine fieri mentionē intelligē-
dum eſt de peccato actuali etiam veniali: a quo
oīno immunis fuit. ¶ Tertio cū opponit: ꝙ ec
cleſia dei permittit fieri ſolēnitatē de eius con
ceptione: qd̄ idē eſt ac ſi iuberet: ⁊ etiā in curia
romana fit tale feſtū p̄ papā ⁊ cardinales. Re
ſpondet: ꝙ lꝫ iſtud feſtū ſortiat nomē cōceptio
nis: eſt potius feſtū de eius in vtero ſctificatio
ne. Sed qꝛ tp̄s ſanctificationis eſt ignotū ſub
noīe ⁊ vocabulo cōceptionis agit feſtū de tali
ſanctificatiōe. ¶ Huius aūt celebratiōis feſti
principiū fuit beatus anſelm⁹ prior monaſterij
beceñ. poſtmodū cantuarienſis archiep̄us: pro
pter miraculū qd̄ eidem apparuit: qd̄ tale fuit.
Dū eni ip̄e tunc dicti monaſterij prior: pro qui-
buſdā vrgētib⁹ ad partes britānie nauigaſſet:
diſpoſitiſqꝫ agēdis repatriaret: cōtingit tēpe-
ſtate nimia exorta: ⁊ intumeſcēte p̄cella nauē
periclitari. Et dū cūcti in diſcrimīe nimio po-
ſiti: oīqꝫ ſpe hūana deſerti diuinuꝫ adiutoriū ⁊
beate virginis flagitarent: potiſſime aūt prior
anſelmus: qui beate dei genitricis fuerat ſin-
gularis deuotus: ſubito concipiūt quendā mi-
rabili claritate fulgentē: pontificali habitu de
coratū ſuper vndas maris verſus nauē ambu-
lando venire. Qui proximus naui anſelmū vo-
cat: eūqꝫ alloquitur: vt ſi periculū maris euade
re cupit: ⁊ in patriā ſaluus redire: eidem pro-
mittat coram deo: ꝙ feſtum conceptionis ma-
tris xp̄i: annis ſingulis ſolenniter celebraret:
⁊ celebrādū quibuſcunqꝫ poterit ſuaderet. Et
cuꝫ ille de die feſti ⁊ officio fiendo interrogaſ-
ſet: reſpōdit: ꝙ. vi. idus decembris feſtū illud
celebrandū erat: quo die beata virgo concepta
fuerat: ⁊ ꝙ idem officiuꝫ quo eccleſia vtitur in
eius natiuitate: in hoc feſto dicendū erat muta
to ſolū nomine natiuitatis in nomē conceptio-
nis. Et cum prior de nomine nuncij interro-
gaſſet: reſpondit ſe eſſe Nicolaum epiſcopuꝫ a
beata dei genitrice pro tali reuelatione ⁊ eorū
liberatione tranſmiſſum: mox anſelmus iuſſa
promiſit: ⁊ voti interpoſitio cōfirmauit: ſtatim
qꝫ ſedata tēpeſtate ⁊ flante vento proſpero ad
propria redierunt. Et ſic ab eodē anſelmo pri⁹
in monaſterio ſuo: ⁊ deinde in eccleſia cantua-
rienſi: cui prefuit dictum feſtū celebrari cepit.
Deinde in pluribus eccleſijs huiuſmodi con-
ſuetudo inoleuit. Ut feſtū conceptionis bea-
te virginis. vi. idus decēbris. ⁊ in kalendarijs
aſcribatur ⁊ ſolenni officio recolatur. ¶ Hiſto-
ria vō cōceptionis beate Marie in feſto eiuſ-
dem natiuitatis ſcribetur.

¶ De ſancto zenone epiſcopo Cap. xliij.

ZEno vero-
neñ. epiſcop⁹ ⁊ do-
ctor claruit tēpore
Galieni imperato-
ris. Qui a cunabilis ſanctus
ex eadeꝫ ciuitate oriundus in
iuuenili etate monachus fa-
ctus: deo ſanctis operib⁹ ſer-
uiebat: orans ad dn̄m: vt ſibi
aditū p̄dicatiōis in populis
aperiret. Egreſſus aliquādo de monaſterio ad
piſcandū vidit hominē in plauſtro bobus a de-
mone arreptis precipitātibus per abrupta ad
athesim fluuiū velociſſime feſtinare: quos ille
nullatenus poterat retinere. Sctūs autē ſigno
crucis edito diabolum a bobus effugauit: et
boues retinuit: vlulante demone ⁊ cōminātē ꝙ
ad iniuriā ſancti viri de bob⁹ eiect⁹: ad hoīes
vexādos tranſiret. Poſt modicū tēpus in ep̄m
veronē. electus gregē domini verbo ⁊ exemplo
paſcebat. ¶ Poſt hec dū filia Galieni impera-
toris ab eodē demonio eſſet oppreſſa: ⁊ demon
per os eius clamaret: inde non egreſſurū niſi
zeno epiſcopus adueniret: miſit imperatoris
nuncios ad ip̄m requirendū. Quē miſſi veronā
veniētes piſcantē in flumine athesi reperiunt.
eūqꝫ ad imperatorē inuitāt negociū exponen-
tes. Quos ille ſe precedere iuſſit: ⁊ ex eius pi-
ſcatione tres piſces de dolio ſumere conceſſit.
Illi vero quattuor abſtulerūt. Et dum eos ad